



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Ælii Lampridii Antoninus Diadumenus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51177)

ÆLII LAMPRIIDII
ANTONINUS DIADUMENUS.

ANTONINI DIADUMENI pueri, quem cum patre Opilio Macrino imperatorem dixit exercitus, occiso Bassiano factione Macriniana, nihil habet vita memorabile, nisi quod Antoninus est dictus, & quod ei stupenda omnia sunt facta imperii non diuturni: ut evenit. Nam quum primum innotuit per legiones, occisum esse Bassianum, ² ingens mœror obsedit omnium

CASAVBONVS.

ÆLII LAMPRIIDII.] Et membra-
nz omnes auctorem hujus vitæ faciunt Lampridium; cum tamen Macrini patris vitam ex historia Capitolini desumpserint corporis hujus contextores. Sed dubitari potest, an peculiari libro res Diadumeniani Capitolinus fuisset persecutus: nam in superiore libro de filio quoque multa inperfa: mors quoque relata, & quidem non semel. ubi etiam scribit diserte, nihil esse in istius vita dignum quod dicatur. quare non putamus aliud quidquam de Diadumeno fuisse à Capitolino scriptum.

² Ingens mœror obsedit omnium pectora, quod Antoninum in Rep. non haberent.] Aurelius Victor, eo quod ingens legionibus amissi principis desiderium erat, adulescentem Antoninum vocare.

SALMASIUS.

ÆLII LAMPRIIDII.] Membras omnes auctorem hujus vitæ facere Lampridium scriptum reliquit ad hunc locum vir eruditissimus, quibus placet & hoc verum esse. non enim verisimile esse Capitolinum peculiari libro vitam Diadumeni persecutam, qui tam multa ad eam pertinentia in vita patris digesserit. quod ad membranas vero attinet, nostræ non ex illarum sunt numero, quæ vitam hanc auctori tribuunt Lampri-

dio: nam excerpta Spartiani Spartiano vindicant, ut & superiorem Macrini vitam, quam & postponunt filii Diadumeni vitæ, ut & antiquæ omnes editiones. & sane unus & idem auctor utramque vitam perscripsit, sive ille sit Capitolinus, sive Spartianus, sive alius quis. videantur hæc verba in hac ipsa Diadumeni vita posita ab illius auctore, quisquis est. *Hæc sunt, inquit, quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno esse videntur: cujus vitam junxissim patris gestis, nisi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis specialem expositionem vitæ coëgisset. quid tibi videtur? nonne satis his verbis manifestum sit, editam hanc Diadumeni vitam ab illo ipso scriptore, qui patris gesta perscripserit: palam auctor profitetur, qui & causam hanc habuisse refert quare specialem expositionem Diadumeni vitæ ediderit, nec patris gestis eam junxerit quod filius Antonini nomen habuerit. jungendus igitur erat Antoninis. & recte hoc ordine digestæ habentur hæ vitæ in antiquis qua scriptis qua excusis exemplaribus, ut post Bassiani & Getæ Antoninorum vitas, statim subdatur Diadumeni Antonini vita: deinde patris Macrini sequatur. post quem Heliogabalus & Alexander & ceteri deinceps. Duo igitur hæ evincimus hoc loco. & utramque vitam patris ab eodem auctore in litteras*
Ccc 2 fuisse

omnium pectora quod Antoninum in Rep. non haberent, existimantium quod cum eo Romanum esset imperium perituum. Id ubi Macrino jam imperatori nuntiatum est, veritus ne in aliquem Antoninorum, qui multi ¹ ex affinibus Antonini Pii erant inter duces, exercitus inclinaret, statim concionem parari iussit, filiumque suum hunc puerum Antoninum appellavit.

² Concionis verba ejusdem: *Videtis, commilitones, & me ætatis jam propecta, & Diadumenum puerum: quem diu principem, si dii faveant, habebitis. Intelligo præterea ³ desiderium ingens Antonini nominis apud vos manere: quare quoniam mihi per conditionem fragilitatis humanæ non multum superesse videtur ad vitam, hunc puerum Antoninum vobis autoribus nuncupo, diu vobis Antoninum representaturum. Acclamatum, Macrine imperator, dii te servant. Antonine Diadumene, dii te servant. ⁴ Antoninum divum omnes rogamus. Jupiter optime maxime, Macrino & Antonino vitam. Tu scis Jupiter, Macrinus vinci non potest: tu scis Jupiter, Macrinus vinci non potest. ⁵ Antoninum habemus, omnia hab-*

uisse relatam, & patrem filio esse postponendum secundum ordinem ab ipso auctore primum constitutum. de quo ordine nos initio harum emendationum satis multa disputavimus. nunc pergamus ad reliqua.

CASAU BONUS.

¹ Ex affinibus Antonini Pii.] Ad fines vocabant omnes qui aliqua cognatione se invicem contingerent: quem vocis hujus abusum ante notavimus.

⁵ Antoninum divum omnes rogamus.] Quod fieri solitum in senatu, ut in dicenda sententia senatores aliud quoque proponerent: sic milites hoc loco. in medias enim adclamationes, quibus Diadumeno cognomen ANTONINI deferunt, hæc inferunt, ut desiderium suum consecrandi Cara-

callæ ostendant. quod & auctoribus illis statim factum. ideo scribit Macrinus in oratione ad senatum: *Antonino divinos honores & miles decrevit, & nos decrevimus.*

⁶ Antoninum habemus, omnia habemus.] In fragmentis ex Dione leguntur hæc verba sententiæ ejusdem: *Τὸν ἐξ ὧν τὴν πάλαιον ἔχουσιν*. sed locus ille mutilus.

SALMASIUS.

² Concionis verba ejusdem.] Pro his verbis & Palatinus & vetus editio habent tantum: *concio*. nec pluribus opus esse videtur.

³ Et me ætatis propecta.] Et me ætatis jam propecta.

⁴ Desiderium ingens Antonini nominis.] Antoniniani nominis.

I An

habemus. Antoninum nobis dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio. Macrinus imperator dixit: Habe igitur, commilitones, pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & solitas promotiones, sed geminatas: dii faciant ut hæc sæpius fiant. Dabimus autem per cuncta quinquennia id quod hodie deputavimus. Post hoc ipse puerulus Diadumenus Antoninus imperator dixit, Gratias ago vobis, commilitones, quod me imperio donastis & nomine, siquidem dignos & me & patrem meum duxistis quos imperatores Romanos dicetis, & quibus committeretis Rempublicam. Et pater quidem meus curabit ne desit imperio: ego autem elaborabo ne desim nomini Antoninorum. Scio enim me Pii, me Marci, me Veri suscepisse nomen, quibus satisfacere perdifficile est. Interim tamen causa imperii, causa nominis id omne quod pater & tantundem promitto, honoribus ut venerandus Macrinus pater præsens promisit, duplicatis. Herodianus

GRYTERVS.

1 Antoninum nobis Dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio.] Palatinus primus pater. secund. pater Antoninus. an forte fuit, Antonino nobis Dii dederunt patrem, vel Antoninum nobis Dii dederunt, per te Antoninus, &c.

CASAUBONUS.

I Antoninum nobis dii dederunt patrem.] Vocem ultimam de menda suspectam habeo.

2 Et solitas promotiones, sed gemina-
las.] Mox, honoribus, ut venerandus Ma-
trimus pater praesens promissit, duplicatis.

3 *Per cuncta quinquennia.*] Nam ita moris erat, ut quinquennia imperii sui celebrarent imperatores, & decennia ac vicennia.

SALMASIUS.

I Antoninum nobis dii dederunt patrem.] Quomodo constare potest hæc lectio? Nec enim pater Antoninus, sed filius ejus Diadumenus dictus est. dissentiant etiam Codices, Pala-

tinus habet, patris: excerpta Spartiani, pater. fortassean scribendum sit: Antoninum nobis dii dederunt. Pater Antonini dignus imperio. vel etiam distinguendum: pater, Antoninus dignus imperio. ut & patrem & filium ejus Antoninum dignos imperio esse dicant. legebam etiam aliquando: Antoninum nobis dii dederunt, per te Antoninus dignus imperio. sed priores malo, & illam maxime: Pater, Antoninus, &c.

4 Id quod hodie deputavimus.] In Pal.
& edit. Mediol. putavimus. putare est
ἐπιλογάζεσθαι, quod pro deputare positum
non heic tantum, sed & alibi legi.
Lampridius in Alexandro Severo: Na-
nos & nanas & moriones & vocales exole-
tus, & omnia acroamata & pantomimos
populo donavit: qui autem usui non erant
singulis civitatibus, putavit alendis singu-
los ne gravarentur specie mendicorum.

5 Honoribus, ut venerandus pater prae-
sens promissit, duplicatis.] Honores vocat,
quas pater promotiones vocaverat:
& solitas promotiones sed geminatas.

nus Græcus scriptor hæc præteriens, ¹ Diadumenum tantum Cæsarem dicit puerum à militibus nuncupatum, & cum patre occisum. Hac habita concione statim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine percussa est: Macrini, usque ad iussu senatus dilata est. Missæ etiam ad senatum literæ quibus nomen Antonini indicatum est. Quare etiam senatus imperium id libenter dicitur recepisse, quamvis alij Antonini Caracalli odio id factum putent. ² Paraverat

sane

CASAUBONUS.

¹ Diadumenum tantum Cæsarem dicit puerum à militibus nuncupatum & cum patre occisum.] Herodianus, τὴν δὲ τοιαύτην ὁ Μακρίνῳ ἐχρησάμενος, συναναρπάξας αὐτὸν καὶ τὴν παῖδός, ἐν τῷ ποιήσας Καίσαρα, Διαδουμένηον καλεῖσθον. at Lampriidius ita vertit, quasi legisset, ὅτι ἄρα οἱ ἐρασταὶ τοιοῦτοι Καίσαρες, Διαδουμένηον καλεῖσθον. sed de nomine interest nihil, siue Diadumenum dicas, siue Diadumenianum. nam illud usurpavit prius quam in Aureliam Antoninorum gentem esset transcriptus: postea non Diadumenus dici cepit, sed Diadumenianus. verum utrumque scriptores usurparunt: sicut & Octavianus.

SALMASIUS.

² Paraverat sane pænulas populo coloris rosei.] Pænula ista, quas populo paravisse Diadumenum scribit heic Spartianus, sunt lacernæ. lacernas autem & pænulas indiscretim usurpant auctores isti. de quo jam supra satis multa diximus. Lacerna autem plebis Romanæ vestis, eaque nigra, hinc pullata turba, pullati circuli apud auctores de infima plebe. at Macrinus pro pullis lacernis vel pænulis, quales antea in usu plebis fuerant, ruffas parabat populo dare in honorem Diadumeni, quas & ejus nomine signare volebat, ut Antoniniana

dicerentur. nihil igitur novi illæ pænula, quas populo dare parabat Macrinus, habuere præter colorem nam illa Bassiani Caracallæ non colore sed forma novæ. Romana plebs igitur fuscis pænulis vel lacernis ibi induta vulgo, milites vero & famuli lautiores ruffis. Martialis de Canulinis lacernis vel pænulis:

Roma magna fascis vestitur, Galliarumque
Et placet hic pueris militibusque color.

servi enim eodem habitu quo milites, saltem honestiorum. Seneca: quo te pænulati isti in militibus quidem non vulgarem cultum subornati, quo inquam te isti effrunt? ceterum pænula illa militares & serviles, & plebejæ omnes cinctæ. hinc apud Agellium: pænula saltem res pænulatos cinctosque esse. Petronius Arbiter: ultimo cinædus supervenit myrica subornatus gausapina, cinguleque succinctus. nam gausapinam pænulam intelligit. ideoque pænula illa tunicarum etiam nomine veniunt. tunicatum populum cum dicit Horatius, utique lacernatum vel pænulatum intelligit. nam ejus ætate minuta plebs positis togis, lacernas indutæ habebat, de quo supra diximus ex Suetonio. pænula quoque militares, tunica dictæ. in vita Claudii, ruffas ruffulas militares, de pænulis capiendum docuimus. servi etiam pænulati, iidem & tunicati, & rota re falluntur, qui antea tunicas quidem, at imperatorum temporibus, non tunicas amplius meras, sed pænulas in usu

fane penulas populo coloris rosei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filii sui, quæ vocarentur Antoninianæ, ut Caracallæ Bassiani dictæ sunt, affe-

usu fervorū fuisse volunt. Seneca de brevitate vitæ: cum videam quam subciti argentum ordinent, quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant. tunica igitur pænula. scortas pænulas quæ ad pluviam habebantur, tunicas scortas interpretatur vetus Grammaticus in Glossis: scortea, *δερμα-βύτων. μαυδύλω* Græci *λωρίκιον* exponunt. iidem lacernam aut pænulam *μαυδύλω* reddunt. at lorica est tunica, sic Græcis *ῥώγξ & χιτὼν* indifferenter. Glossæ: Thoracomachus, pænula militaris, ita igitur vestiti milites. *linea* primum, quam camisiam recentiores dixerunt, & super eam pænula, quasi tunica superior, quam superariam Latini, Græci *ἐπεδύττω* dicunt. ita etiam & populus subuculam, & subuculæ tunicam sive pænulam superinduebat. tunicam quoque pro pænula dixit Hieronymus ad Julianum: jam dimisso symbemate equus publicus sternebatur, & nobilem juvenem pænica induit tunicam baltheus ambebat. Hæc breviter heic signavimus, quæ latius alibi pandemus & perpendemus.

[Coloris rosei.] Roseus heic color non est à rosa, sed roseus pro roseus, vel rufescens scriptum est. & hoc peccatum, si scripturæ peccatum est, & non potius scribendi vitiosa consuetudo, non infrequens occurrit in veteribus libris. nam roseus vel rufescens passim scriptum reperitur pro roseo vel rufescente. quod imperiti à rosa deductum arbitrantur, ut facile patebit hoc exemplo Corippi lib. 1. de quattuor coloribus factionum circensium:

Aurigeis totidem, totidem posuere colores,

Et ficere duas studia in contraria partes,
Ut sunt æstivæ contraria frigora flammæ.

Nam viridis vernis campus cum concolor herbis,

Pinguis olivæ comis, luxu nemus omne virescit:

Rosens æstatis rubra sic vesse resurgens,
Ut nonnulla rubent ardenti poma colore.

En tibi roseus prima producta. Qui nobis illam Corippi editionem adornavit, dum putat roseum esse à rosa, perperam structuram versus mutavit, & posuit:

Æstatis roseus. —

Isidorus de equis: color hic præcipue spectandus, badius, aureus, roseus, nirtens, cervinus, gilvus, glaucus, &c. ubi roseus est rufescens. idem de coloribus circi: circa causas quoque elementorum idem gentiles etiam colores equorum iunxerunt, roseos soli, id est igni, albos aeris, prasinos terræ, venetos mari. quis non videt roseos, esse roseos vel rufescentes? Græci cum scriptum passim invenirent rufescens, ipsi quoque *ῥέσιον* dixerunt non *ῥέσιον*. Glossæ: *ῥέσιον φάρμακον*, vexillum. vexilla enim coloris erant rufescentes vel flammei. unde & *flammina* dicebantur vulgo. nam *flamminum* & *flamminulum*, ut *rufescens* & *rufescentulum*. *flamminum* vexillum Ammiano Marcellino. eadem Glossæ: *πυρρός*, rufescens, rubricus, rufus. Poëtæ Græci infimi avi rufatam factionem, *ῥέσιον* appellant. lib. v. epigrammatum *εἰς Ἰαλιανὸν λαϊκὸν ῥέσιον*:

Ἐλκων, μετέλκων ῥέσις τῆς ἡνίας.

Ἰαλιανὸς ἔστω ἀρχὴ ῥέσις

Ἐλκων κύκλῳ τῆς ἐναγίας δρόμου.

sic *roseus* vel *rufescens*, ut tunc scribebant, est *ῥέσιον*. veteribus *rufescens*.

CASAUBONUS.

[2 Ut Caracallæ Bassiani.] Hoc est, ut sicut Caracallæ quas Bassianus dederat, dictæ sunt Antoninianæ. hoc

Ccc 4 verum

asserens melius filium suum *Penuleum* vel *Penularium* dicendum, quam *Caracallus* esset dictus *Bassianus*.
 1 Congiarium etiam per edictum Antoninianum promisit, ut ipsum edictum poterit indicare. Verba edicti: *Vellem Quirites jam presentes essemus. Antoninus vester vobis congiarium sui nominis daret. 2 Daret praterea 3 & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas, quæ tam grati nominis gloriam propagarent, & reliqua.*
 3 His ita gestis, signa in castris & vexilla fieri Antoniniana iussit. Fecitque *Bassiani* simulacra ex auro atque argento, atque dies septem supplicatio pro *Antonini* nomine celebrata est. 4 Puer fuit omnium speciosissimus

verum esse constat ex vita *Bassiani*. Minus probo doctissimorum virorum emendationem scribentium *Bassiana*.

1 Congiarium etiam per edictum Antoninianum promisit. Non ex ingenio, sed ex consentientibus membranis ita emendavimus verissime.

3 Et pueros Antoninianos & puellas Antoninianas. Exempla imitatur *Pii* & *Marci*: quasi vellet per omnia eos principes referre.

4 Puer fuit om.] Etat decem annorum cum occisus est. *Dio*.

SALMASIUS.

2 Daret praterea & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas. Attende locutionem & vide an tibi satis recta sanaque videri possit. daret pro institueret. nam alibi passim sic loquuntur. in *Alexandro Severo*: pueros & puellas quemadmodum *Antoninus Faustinianus* instituerat, *Mammæas* & *Mammæos* instituit. & in *Marco supra*: Novas puellas *Faustinianas* instituit in honorem uxoris mortuæ. non restitisset tamen nisi quasi manum iniecisset, & moram objecisset vetus liber, ista sua lectione: incidaret praterea & pueros, &c. *sterquilinum* lectionis, quis negat? sed ex quo plane gemmeam eruo conjecturam: incidaret praterea,

& pueros Antoninianos & puellas Antoninianas. id est reciperet, & ascriberet in numerum eorum pueros & puellas, quorum nominum frumentaria perceptum ascribi iusserunt. ita enim recte ibi emendavimus, novorum nominum pro novorum luminum. nomina enim eorum pueros & puellasque incidebantur in æs, qui ad illam frumentariam perceptionem participandam recipiebantur. *Plinius* de his ipsis pueris à *Trajano* primum institutis, in *Panegyrico*: tu ne rogari quidem sustinueris, & quamquam latissimum oculis tuis esset conspectu *Romæ* pubis impleri, omnes antequam te viderent, recipi, incidi iussisti, ne non inde ab infania parentum publicum munere educationis experirentur. *Sen. lib. iv. de beneficiis, c. xxviii.* de his qui frumentum è publico percipiebant: frumentum publicum tam fur quam perjurus, & adulter accipiat, & sine delectu morum quisquis misceat. & hanc meam mihi postea confirmavit editio *Mediol.* quam per *Juratum nostrum* sum nactus, in qua plane excusum vidi: incidaret praterea & pueros. quæ verissima & elegantissima lectio est.

ciotissimus, statura longiuscula, crine flavo, nigris oculis, ¹ naso deducto, ad omnem decorem mento composito, ² ore ad oscula parato, fortis naturaliter, exercitio delicatior. Hic ubi primum indumenta coccea & purpurea cæteraque castrensia imperii insignia accepit, quasi sidereus & cælestis emicuit, ut amaretur ab omnibus gratia venustatis. ³ Hæc sunt quæ de imperio pueri dicenda putavi. Nunc veniamus ad omina imperii, quæ cum in aliis, tum in hoc præcipue sunt stupenda. Die qua natus est, ⁴ pater ejus purpuras

tum

¹ Naso deducto ad omnem decorem, mento composito.] Distingue, crine flavo, nigris oculis, naso deducto, ad omnem decorem mento composito. deducto naso, est *ἀνδρῶν*. quos vulgo *τραχίτες* aut *τραχίτινους* nasos appellamus.

CASAUBONUS.

² Ore ad osculum parato.] Hoc est, prominulo. Græcis, *ὀρεσθῆναι*.

⁴ Pater ejus purpuras tum forte procurator jam ararii majoris inspicit.] Scimus quid sit ararium sanctius: at majus ararium alibi legere non memini. sed puto legendum hic esse aliter: nam certissimum est, probationem purpurarum, non pertinuisse ad procuratores ararii, sed ad alios quibus cura peculiaris vestium principalium, quis autem ille, nisi vestiarii procurator, aut gynæcii vel baphii? Noli dubitare scripsisse autorem, vel *pe. jam vestiarii majoris*. vel, procurator gynæcei majoris. Ex variis locis Codicis, maxime autem ex lege secunda Cod. De mulieribus & gynæciariis, &c. satis probatur hæc conjectura: cuius & Josepho Scaligero scimus venisse dudum in mentem.

SALMASIUS.

² Ore ad oscula parato.] Mira sane, nescio an bona veterum omnium exemplarium scriptura, ore *ὀσϋλα* parato, ut in Palatino legitur: vel ut in excerptis Spartiani, ore *ὀσϋλα* parato.

sub qua tamen nihil aliud latere arbitror, quam quod veteri malaque scribendi consuetudine *ὀσϋλα* scriptum est pro *ὀσϋλα*. sic *ὀσϋλα* pro *ὀσϋλα* scribebant. nam Grammatici qui admonent, *ὀσϋλα* non *ὀσϋλα* scribendum esse, satis ostendunt consuetudinis fuisse, ut *ὀσϋλα* scriberetur apud imperitos. sic *centuria* pro *centuria*. unde Græci *κέντυριον* scribunt, hoc est *centurio*. ita enim in antiquis inscriptionibus exaratum invenitur, ut *μυρία* pro *industria*, *συριον* pro *suarium*: iuxta pro iuxta: *τυσκία* pro *Tuscia*: *Εὐβυλίδης* pro *Eubulides*. os autem *ὀσϋλα* paratum elegantissime dicitur de ore prominulo, & quasi ad osculum dandum & accipiendum parato. nam ut dicitur, mentem paratus, ingenium, linguam: sic os *ὀσϋλα* paratum.

³ Hæc sunt quæ de imperio pueri dicenda putavi.] Hæc quæ de puero sint dicenda. nunc veniamus ad omina imperii ita edit. Mediol.

GRUTERVS.

⁴ Pater ejus purpuras tum forte procurator jam ararii majoris.] Palatinus non agnoscit syllabam *jam*. majori huic arario merito controversiam movent viri doctissimi nihil veniebat mihi in mentem quod propius accederet ad litterarum & pronuntiationis formam, quam, procurator *choragii* majoris. sane procurator summi *choragii*, bis occurrit in Inscriptionibus

Ccc 5

bus

tum forte procurator jam ærarii majoris inspexit, & quas

bus nostris antiquis, semel pagina
xiii. 5. iterum cccxxx. 3. & cur istud
Opilio nostro attribueremus faciebat
locus Capitolini in vita ejus c. 11.
Histrio jam senior turpis, &c. histrio-
nis enim nomine belle utunque
venit, qui eis inservit.

SALMASIUS.

1 Tum forte procurator jam ærarii ma-
joris.] Mirifice se torquent homines
eruditi in hac lectione invertenda
pervertendaque. profecto contra au-
thoritatem librorum faciunt quod
legunt, procurator jam vestiarii majoris:
vel, procurator gynæcii majoris. sed eam-
dem manere adhuc difficultatem
non vident in hac lectione quæ hæ-
rebat in illa, ærarii majoris. quis enim
vestiarii, aut gynæcii majoris memi-
nit? hoc plane est versura solvere.
majus ærarium heic vocatur, æra-
rium factum, cujus præfectus aurum,
argentum quod ex provinciarum tri-
butis cogeatur, vestes omnes, spe-
cies publicas, quidquid denique san-
ctorum principis ærario inferretur cu-
rabit. sub eo præfecti baphiorum,
textrinarum, magistri lineæ vestis,
magistri private, murileguli, gynæ-
ciarii. non mirum igitur si Macrinus
cum hanc ærarii facti procuracionem
ageret, inspectionem purpurarum
probationemque curæ habuit, quæ
proprie ad ejus curam pertinebat.
Statius Papinius procuratorem vel
præfectum ærarii majoris describit
his versibus:

— jam creditur uni
Sanctarum digestus opum, partaque per
omnes

Disposita populos, magnique impendia mun-
di,

Quidquid ab auriferis ejectat Iberia
fossis.

Dalmatico quod monte nitet, quod mes-
sibus Afris

Verritur, æstiferi quidquid terit aurea
Nili.

Quodque legit merfus pelagi scrutator æni,
Et Lacedæmonii pecunia culta Galæ,
Perspicueque nives, Massylaque rebus
& Indi

Dentis bonos, uni parent commissa mi-
nistros.

per sanctas illas opes quid aliud pos-
sumus intelligere quam sanctius, ut
dicebatur, vel sacrum ærarium? cui
dispositio digestioque sacrarum o-
pum creditur, quis alius quam ærarii
facti procurator? errant longe qui dis-
pensatorem illis versibus designari
putant. Servi dispensatores non so-
lum in domo Augusta, sed in priva-
torum etiam domibus, quod minus
& quod officium gesserint, jam do-
ctis notum. Dispensatorum Cæsa-
rum & Augustorum frequens in ve-
teribus saxis mentio. legitur & di-
spensator rationis private, & dispensator
summarum, qui in Cod. Theod. ratio-
nalis summarum dicitur. Dispensa-
tores istos οἰκνομας vocat Strabo,
lib. xvii. postquam enim iudicium
Alexandriæ nominavit, & rationa-
lem rei private, sic infert: τῶν δὲ
προσέμων) οἰκνομας καὶ τοῦ
ἐν τῇ οἰκονομίᾳ μέγα καὶ ἐλάττω
πέντε οὐκ ὀνόματι πρὸς τὴν οἰκονομίαν
sunt dispensatores, & non unius
generis fuere in domo Augusta.
de quibus omnibus abunde tracta-
mus in nostro de officiis Domus
Augustæ commentario, quem jam
plus dimidia sui parte confectum ha-
bemus. præfectum igitur ærarii fa-
cti intelligit Statius, sub cuius ad-
ministracione fuere omnia illa quæ
ibidem recenset, & monetarii præ-
terea. Statius ibidem:

Ansonia quidquid crepat igne monetæ.
idem omnino ejusdem officium fuit.
posterorum imperatorum æro, sed
nomen mutatum. nam pro ærario fa-
cto, largitiones sacras dixerunt, &
præfectum ærarii facti, comitem sa-
crarum largitionum. magnifico plane
vocabulo quasi ad nullam aliam rem
ærarium

ararium princeps haberet quam ad largiendum. sic res etiam privata principis largitiones dicebantur. atque hæ non tantum in auro argentoque, gemmis & vestibus ac reliquis mobilibus consistebant: sed etiam in domibus palatiisque, prædiis ac possessionibus, rebusque soli erant posita, ut olim igitur duo araria, publicum & privatum principis, sic sub posterioribus imperatoribus duæ largitiones, sacra & privata. nam sacra largitiones, & sacrum ararium, idem: ut privata largitiones, & privatum ararium. publicum ararium, quod erat olim populi, etiam principis factum est. itaque tam publicum, quam privatum, vocabatur principis ararium. Glossæ apud Suidæ etymologicæ: *πρίστω πρὶ τῇ βασιλείᾳ ἱερότητας ἀφ' ἑρῶν αἶμα δὲ ἐν πύλαις, ὅτι τελεῖ τὸ τῆς ἡμετέρας λαρχικῆς τῆς δημοσίας ἀποργῆς χρεῖας. λαρχικῶν δὲ εἰσι δύο, πρὶ στέφει καὶ πρὶ ἀργύρῳ. οἱ εἰσι βασιλικὴ ἡστυοργίαι ἱερότητας τῇ βασιλείᾳ. οἷον ὁ τῆς λαρχικῆς, καὶ ὁ δημοσίας ὁ δὲ φέρεται. largitionum sacrarum & privatarum mentio leg. XLVIII. Cod. Th. de cursu pub. & leg. i. de quaestoribus magist. off. duo largitionum comites vocantur, hoc est comes largitionum sacrarum, & privatarum. leg. xi. eod. tit. comitiva utriusque ararii appellatur, sacri & privati ararii præfectura, vel quod idem est sacrum & privatarum largitionum. Cassiodorus in formula comitiva privatarum: depositivæ quoque pecuniæ, quæ longa vetustate dominos competentes amiserunt, inquisitione tua nostris applicantur arariis. id est sacro, & privato arario. leg. ult. Cod. de iudiciis: decem libras auri prioris nostris largitionibus inferre per Palatinam scholam compellitur. idem ergo plane munus & officium sacrarum largitionum præfecti, & sacri ararii præpositi: immo res omnino eadem, nomen tantum diversum. Claudianus de comite sacrarum largitionum.*

Hæc sacra mandantur opes, orbisque tributæ.

Possessi quidquid fluvius evoluitur auri, &c.

idem plane dicit quod Statius. sacras opes, quas ille sanctas opes, hoc est ararium sacrum. sed Statii tempore, ararii sacri præpositus dicebatur: Claudiani vero a tate, præpositus sacrarum largitionum vel comes. hinc sacris largitionibus inferre pro arario inferre, & largitionales tituli in Cod. Theod. species omnes publicæ, quæ arario, hoc est, ut tunc vocabant, largitionibus inferebantur. sub ejus dispositione vestium omne genus textores, murileguli, tinctorum, & de quibus supra diximus leg. XIV. Cod. de muril. & gynæciariis, baphiorum & textrinarum procuratores rem sacri ararii procurare dicuntur. ubi sacrum ararium, sacras largitiones vocat. alibi erogationes dicuntur. Cod. Theod. tit. cod. leg. vi. *epifices vestimenta contexenda in usum erogationum nostrarum operam dantes.* sacrum ornamentum dixit pro sacro arario vel largitionibus sacris leg. IV. Cod. de discuss. *ἐάν τις ἀφ' ἑρῶν τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ δημοσίας ὁ λαρχικῆς ἀπόργης αὐτῶν καὶ εἰς τὸ ἱερόν ornamentum εἰσενέμωσιν.* id est in sacrum ararium vel in sacras largitiones. vestiarium Græcis dici notat Cujacius. definant ergo mirari viri docti, Macrinum hunc quo tempore majoris ararii procurator fuit, purpuræ inspersisse & probasse, cum hoc proprie ad ipsius officium spectaret: & cessent hunc locum emendare velle qui nulla opus habet emendatione.

Ibid. *Tum forte procurator jam ararii majoris.* J. Dele jam auctoribus membris, & lege: *tum forte procurator ararii majoris.* mirum nusquam meminisse nisi hoc loco Lampridium procuratoris istius ararii quam gessit Macrinus rei privatae procuratorem fuisse duobus locis dixit. nihil de hac procuracione etiam memoravit Dio, cum diligenter promotiones omnes Macrini, & honorum gradus referret.

quas claras probavit, in id conclave redigi præcepit, in quo post duas horas Diadumenus natus est. Solent deinde pueri pileo insigniri naturali quod obstetrices

rapiunt,

ret. dicit tantum, *ὁ νόμος τὴν ἐπι-
τομήν ὀλιγοχρόνιον λαβὼν ἐπαρχίαν
ἀποδέχθη. ὀλιγοχρόνιον ἐπαρχίαν*,
ut puto, vocat procurationem rerum
privatarum, aut advocacionem fisci.
nam procuratores rei privatæ, advo-
cati fisci, rationales rei privatæ non
diu in officio durabant, sed cito mu-
tabantur. Spartianus in Alexandro
Severo: *rationales cito mutabat, ita ut
nemo nisi annum compleret. sed cum su-
periori animadversione docuerimus,*
& verum sit, procuratorem & magi-
strum privatarum, qui comes largi-
tionum privatarum vel rei privatæ
dictus est posteriorum imperatorum
ævo, præfectum fuisse ærarii privati
principis, constet autem Macrinum
privatas procurasse: dici fortean pos-
sit, ærarii majoris procuratorem heic
vocari, qui privatarum rerum, & pri-
vati ærarii principis fuerit procura-
tor. quod si admittimus, dicendum
etiam fuerit, privatam imperatoris
vestem ad ejus curam pertinuisse qui
res principis privatas, & privatum æ-
rarium administraret. sacram tamen
privatamque vestem, & rem omnem
vestiariam dispositioni comitis sa-
crarum largitionum assignant variæ
imperatorum constitutiones, & Sta-
tius illis versibus, quos paulo ante
adduximus, & nihil prohibet Macri-
num etiam fuisse ærarii majoris pro-
curatorem. omnino igitur ærarium
majus heic accipimus pro sacro æra-
rio, quod sacrarum quoque largitio-
num nomine sub posterioribus im-
peratoribus notum fuit.

CASAUBONUS.

1. Quas claras probavit. Probe ni-
rentes, & veri luminis, ut alibi dici-
tur. Græci λαμπράς, & magis pro-
prie ὀξείας. plura infra ad Claudium.

2. Solent deinde pueri pileo insigniri na-

turali. Præter diversas *χρῆς* mem-
branas quibus in utero involvitur
embryo, reperitur quorundam in-
fantium cum nascuntur obstetrum
caput alia pellicula, quam hic Lam-
pridius vocat *pileum*. sic carnem illam
quæ in pullorum equinorum capite
nascitur, Aristoteles in Histories *χ-
εῖον*, Latini *pileum* nominant. ve-
tus Juvenalis interpres ad hunc lo-
cum.

Cui totam tremuli frontem *Caſonia* pulli,
Infundit: ita scribit: *max scilicet nati
pulli equini: Cui in fronte pileum, ut pel-
licula, ereptum præstat amorem. nostræ
quoque obstetrices coſſe nuncu-
pant, quæsi pileum dicas, vel calan-
ticam. eadem ratione Belgicum vul-
gus, ut audio, vocat galeas. Balsamo
voce generalissima, ἰσχυρὰ νοσήσας
πυλὸς.*

3. Quod obstetrices rapiunt, & advo-
catis credulis vendunt. Erat hoc unum
è plurimis amuletorum ac phylacte-
riorum generibus, quæ olim à curio-
sorum artium peritis solita usurpari
legimus. Observavit Egidius Lin-
dembruchius, fieri mentionem hu-
jus superstitionis apud Balsamonem
in commentariis super Canones:
quod verum est: nactus enim nu-
per Græcum ejus auctoris codicem,
inveni narratam ab eo historiam de
Proto quodam è clero, qui accusatus
quod his artibus esset deditus, postea
deprehensus est habere in sinu pi-
leum hujusmodi, à muliere quadam
acceptum, quæ hanc illi vim inesse
affirmaverat, ut omnium ora, qui
adversus gestantem dicere parati es-
sent, obrureret. Verba illius sunt hæc
ad canonem *xxi. concilii in Trullo*:
*Εἰπερ εἶχον καὶ ἐν ἀφῆρησι τοῦ ἐ-
δον τοιαῦτα σωδὸν καὶ ἐαδικεῖν, ὡς
μεγάλῃ τῇ αἰεὶ τῶν ἐπιση-
μῶν ἀφῆρησιν. εἰρησὶ δὲ ὀλίγα
ἄλλα.*

rapiunt, & advocatis credulis vendunt, siquidem caudici hoc juvari dicuntur: at iste puer pileum non habuit, sed diadema tenue, sed ita forte ut rumpi non potuerit, venis intercedentibus specie nervi sagittarii: Ferunt denique *Diadematum* puerum appellatum.

Αἰνίγμα, Πρώτος τις ὁ οὐκ ἐστὶν πῦρ πῦρ κατηρηθεὶς, ὁρᾷται ἐν αὐτοφύρῳ ἐν ἱστίον ἐκόν ἐνδυμὸς καὶ ὁρᾷται πῦρ καὶ εἰπε τὸν δὸν δὸν καὶ πῦρ καὶ γυναικὸς εἰς λῆξιν πῦρ καὶ ἐπιστῆμι μὲν ἔστι ἐπιχρηστέων καὶ αὐτὸς λῆξιν διὰ καὶ καθεστώσῃ ἔστι. non dubito quin mulier illa quæ hoc Proto persuaserat, obstetrix esset: nam & Johannes Chrysostomus non semel in sermonibus suis, obstetrices objurgat propter hoc genus præstigias & magicas imposturas. Nostorum quoque majorum animos eadem superstitio tanquam fidas pestilens afflaverat. nam hodieque reperiuntur obstetrices, quæ pilea hæc præripiant & ad maleficia serrent ac vendant. Est etiam illa vulgi opinio, raræ cujusdam felicitatis indicium facere hoc pileum: quod & vetus Gallicum proverbium testatur: dicimus enim de eo quem appellavit satyrus, gallinæ albæ filium, Natus est pileatus.

1 Pileum non habuit, sed diadema tenue. Licinius imperator sive tyrannus, Theodorum ducem, inter Christi milites clarum, venientem ad se his verbis excepit. Δὲ ὁ γὰρ καὶ ὁρᾷται πῦρ καὶ γυναικὸς εἰς λῆξιν πῦρ καὶ ἐπιστῆμι μὲν ἔστι ἐπιχρηστέων καὶ αὐτὸς λῆξιν διὰ καὶ καθεστώσῃ ἔστι. videtur allusum ad eos qui nascuntur diademate naturali insigniri. nam inter legendum veteres multos meminimus observare qui Diadumeni nominarentur: cujus appellationis hæc videtur esse causa. in volumine antiquarum inscriptionum quatuor aut quinque invenies.

2 Venis intercedentibus specie nervi sagittarii. Improperie venis nominat

quæ sunt potius *īves*, fibræ aut villi. Sed aliter præit regius, ubi sic; *viris* intercedentibus. potes scribere, *fibris plurimis intercedentibus*.

SALMASIUS.

2 Venis intercedentibus specie nervi sagittarii. Ridicula lectio, quamque valde miror inoffenso pede transisse viros doctos. quæ enim potuerunt in pileo vel tenui diademate venæ intercedentes speciem referre nervi sagittarii? magnas mirasque venas fuisse oportet. atqui venulas fuisse putabam. vetus lectio habet: *viris intercedentibus specie nervi sagittarii*. quam cum agnovisset ex suis libris vir doctus, nihil ex ea boni potuit elicere. non magni tamen erat negotii videre legendum: at iste puer pileum non habuit, sed diadema tenue, sed ita forte ut rumpi non potuerit *viris inter se tendentibus*, specie nervi sagittarii. significat pileum seu diadema tenue quidem fuisse, ut illi solent naturaliter pilei, sed ita forte, ut viri inter se tendentes rumpere illud non potuerint specie nervi sagittarii, qui tenditur quidem, non tamen rumpitur. sic videtur veram hujus loci lectionem constituisse & verum sensum eruisse. posset etiam legi: *viris intendentibus*, sed illud melius esse opinor.

GRÜTERUS.

2 Venis intercedentibus specie nervi sagittarii. Etiam Palat. noster habet *viris intercedentibus*, &c. sed sine ullo spatio medio: adeo ut videatur rependendum, *fibris intercedentibus*.

CASAUBONUS.

3 Ferunt denique *Diadematum* puerum appellatum. Ait filium Macrini puerum

tum. Sed ubi adolevit, avi sui nomine materni *Diadumenum* vocatum, quamvis non multum abhorrerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni. In agro patris ejus oves purpureas XII. ferunt natas, quarum una tantum varia fuerit. Eadem die qua hic natus est, aquilam ei constat sensim palumbum regium parvulum attulisse, & posuisse in cunis dormienti, acrecessisse sine noxa. Pantagathi in domo patris ejus nidum posue-

puerum quidem appellatum esse *DIADEMATVM*: postea vero ubi adolevit, *DIADUMENVM*. & tanquam magna esset inter hæc nomina differentia, subjungit hæc: *quamvis non multum abhorrerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni.* hæc ita in vulgaris codicibus, à quibus nihil variant scripti. Atqui negari non potest ineptissima ista esse. separat enim duo nomina, inter quæ discrimen nullum in significatione. formatio solum diversa, Græca altera, altera Latina. quid enim est *diadematus*, nisi *Διαδεδυμένος*? prorsus literarum Græcarum fuit rudis qui ista scripsit: quod tamen de Aelio Lampridio ne credamus, Alexandri Severi vita scripta eidem impedit. Itaque hæreo hoc loco, nec qui excusum tantas ineptias, invenio.

SALMASIUS.

1 *Quamvis non multum abhorrerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni.* Parva mutatione, hoc est unius litteræ detractio, commodiorem lectionem efficies, hoc modo: *quamvis non multum abhorrerit ab illo signo Diademati, nomen Diadumeni.* fecellit eos qui mutaverunt ambigua notio vocis *signum* quod hoc loco non pro insigni sed pro cognomine accipi debet. dicit ergo Spartianus puerum fuisse appellatum *Diadematum* ab illo insigni naturali diadematis. adulescentem vero avi materni nomine appellari cœpisse *Diadumenum*, quamvis, inquit Spartianus, ab illo cognomine non multum abhorreat

nomen *Diadumeni*, immo ne tantillum quidem abhorret. nam *Diadumenus*, *Διαδύμενος* est Græcum, *Diadematus* Latinum. signum autem pro cognomine tritum est istis auctoribus. Lampridius in Commodop: *pro Decembri Amazonium ex signo ipsius adulatores vocabant.* *Amazonum* autem vocatus est ex amore concubinae suæ *Martiae* quam pictam in *Amazoni* diligebat. Julius Capitolinus in Gordiano: *Fam illud sciri constat, quod filium Gordianum nomine Antonini signo illustravit, quem nos locum distinctione, & emendatione ut rectus esset, fecimus.* Spartianus in Pescennio Nigro: *quod omnino intellectum non est, nisi quom Bessicus Antonini, quod ceram signum Pii fuit, nomen accepit.* de quo nos insequentibus plura. heic sufficiat ista notavisse.

CASAUBONUS.

2 *Palumbum regium parvulum attulisse.* Neque palumbi regii, neque pantagathorum, de quibus auctor, mentionem ullam faciunt Aristoteles, Plinius, aut quicunque alii è veteribus historiam animalium descripserunt. Nos ex Hesychio, & aliis antiquis grammaticis didicimus, in augurali disciplina, & omnibus *ισχυρίων* libris, rebus quamplurimis alia fuisse nomina, quam quibus vulgo dicerentur. Fortasse inde sunt & hæc vocabula, ex ipsa re imposita: nam regius palumbus illis dictus, qui omen faceret regis fortunæ: pantagathi quod amplas divitias, aut perpetuam felicitatem sponderent.

1 Hinc

posuerunt. His diebus quibus ille natus est, mathe-
matici accepta genitura ejus exclamaverunt & ipsum
filium imperatoris esse & ipsum imperatorem: quasi
mater ejus adulterata esset, quod fama retinebat.
Huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit.
Et quum comitum infantis clamor esset factus, in mo-
numento regio quod juxta villam esset, in qua tunc
pater agebat, supra statuam regis posuit, ita ut capiti
ejus aptaret: quod multi ominosum putarunt & mor-
ti accomodum. Clarum autem eventus ostendit.
Natus est præterea natali Antonini, & ea hora &
signis prope concinentibus quibus & Antoninus Pius:
quare dixerunt mathematici, & imperatoris illum fi-
lium futurum, & imperatorem, sed non diu. Die qua
natus est (quod Antonini esset natalis) mulier quæ-
dam propinqua dicitur exclamasse, Antoninus vocetur,
sed Macrinum timuisse quod nullus ex ejus gene-
re hoc nomine censeretur, abstinuisseque nomine im-
peratorio, simul quod jam rumor de vi genituræ illius
emanasset. Hæc atque alia omina fuisse multi in lite-
ras retulerunt: sed illud præcipue quod quum in cu-
nis esset Diadumenus, & leo ruptis vinculis, & qui-
dem

1 Hinc eidem aquila pil.] Scrib. Huic
idem de aquila pileum tollente simil-
lima historia in vita Tarquinii Prisci.

3 Et morti accomodum.] Cavat-
dis, vel eis *ἐκ τῆς φήμης* causa in
promptu: propter periculum ex suspi-
cione affectatæ tyrannidis.

4 Natus est præterea natali Antoni-
ni.] XIII. Kal. Octobreis.

6 Signis prope concinentibus.] Scribe,
concurrentibus.

SALMASIUS.

1 Hinc eidem aquila pileum in agro
ambulanti tulit.] Lege: huic eidem a-
quila pileum in agro ambulanti tulit.

2 Supra statuam regis posuit.] V. ed.
posuisse.

5 Et ea hora signis prope concinentibus.]

Nihil nisi mendum continent ista
continentia signa. non longe quæ-
rendum quod substituamus. scribe:
natus est præterea natali Antonini & ea
hora & signis prope concinentibus. ratio
satis apparet, nec id pluribus probare
debeo.

GRUTERUS.

1 Huic eidem aquila pileum in agro
ambulanti tulit.] Sic etiam Palatinus;
non Hinc eidem.

5 Et ea hora & signis prope concinen-
tibus, &c.] Est & istud à Palatino,
vulgo concinentibus; quod & damna-
verat Casaubonus noster.

SALMASIUS.

7 Et leo ruptis vinculis & quidem fe-
rus.] Palatinus: ut quidam ferus. di-
versa

dem ferus, effugisset atque ad incunabula ejus venisset, puerum delinxit, & inviolatum reliquit, quum nutrix se in leonem misisset, atque ejus morsu affecta periisset, quæ sola forte in areola inventa erat, in qua
 6 infans jacebat. ¹ Hæc sunt quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno ² esse videantur: ³ cujus vitam junxissem patris gestis, nisi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis specialem expositionem vitæ coëgisset. Et fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, ut qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur imperium. Unde etiam quidam & Severum, & Pertinacem, & Julianum, ⁴ Antoninorum prænominibus honorandos putant: unde postea duos Gordianos, patrem & filium, Antoninos cognominatos putent. Sed aliud est quum prænomen adseiscitur, aliud quum ipsum nomen imponitur. Nam Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pii: Marcus verum nomen Verissimi habuit, fed

versa auctorum opinio est, quibusdam tradentibus leonem illum ferum fuisse, aliis vero mansuetum.

¹ Hæc sunt quæ digna memoratu.] In Palatino corrupte: quæ digna emerat vi. & ad oram, memoratui. sed memoratu rectum est.

CASAUBONUS.

² Esse videantur.] Regius, videntur.

³ Cujus vitam junxissem patris gestis, n.] Falluntur qui negationem autumant inferendam. hoc enim vult: quod speciali hoc libello dixerit, neque obiter & velut ὁδὸς περὶ, rebus patris eum inseruerit, habuisse hunc honorem appellatione Antonini qua fuit decoratus: quo vel solo nomine dignum censuit speciali expositione. claret mens ex sequentibus.

SALMASIUS.

³ Cujus vitam junxissem patris gestis nisi me Antoninorum nomen.] Ex istis

verbis facile liquere arbitror eidem auctori recte tribui & hanc vitam Diadumeni, & illam superiorem Macrini, sed non eo scriptam ordine quem nobis exhibent excusa exemplaria. fidem enim maxime faciunt hæc verba, una serie trium horum Antoninorum vitas ab auctore digestas esse, Bassiani, Getæ, & Diadumeni. qui & hanc rationem pro omnibus unam sibi fuisse scribit, quamobrem specialem Diadumeni vitæ expositionem ederet, nec eam gestis patris jungeret, quod filius Antonini nomen habuerit, non item pater. jungendus igitur fuit Antoninus propter hoc ipsum & ante patrem scribendus. vide quæ hujus vitæ initio ad hanc rem spectantia persecuti sumus.

⁴ Antoninorum prænominibus honorandos putant.] Prænomina scriptum in libris, ut & paulo post: cum prænomen adseiscitur: & non prænomen Antonini.

1. Atque

sed hoc sublato atque abolito, non prænomen Antoini, sed nomen accepit. Verus autem Commodi nomen habuit, quo abolito, non Antonini prænomen, sed nomen accepit. Commodum autem Marcus Antoninum appellavit, ¹ atque ita in publicum edidit diem natalis sui. Jam Caracallum Bassianum satis constat vel somnii causa, quod Severus viderat quum sibi Antoninum successorem prædictum sensisset, anno demum xiii. Antoninum dixisse, quando ei etiam imperatoriam addidisse dicitur potestatem. Getam verò, quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione qua Bassianum appellatum satis constat, ut patri Severo succederet: quod minime factum est. Post hoc ipse Diadumenus, ut commendaretur exercitui, senatui populoque Romano, quum esset ingens desiderium ² Bassiani Caracallæ, Antoninum appellatum satis constat. Extat epistola Opilii Macrini patris ⁷ Diadu-

CASAUBONUS.

¹ Atque ita in publicum edidit diem natalis sui.] Lego, in publicum edidit diem natalis ejus. neque enim Commodus ipse nomen suum professus est recens natus; sed pater Marcus, more cætorum patrum: qua de re superius.

SALMASIUS.

¹ Atque in ita publicum edidit diem natalis sui.] In publicis, Palatinus. at verus edit. in publica. publicas malim, ut subaudiatur, litteras vel chartas, vel tabulas. quamvis in publicum non improbem. nam nominum notitiam publica contestatione divulgabant, ut loquitur vetus interpres Juvenalis ad illud:

— libris actorum spargere gaudas

Argumenta viri.

propter professionem scilicet qua apud ærarium patres nomina natorum deserebant filiorum, vel nominum notitiam divulgare contestatione publica. Capitolinus in Gordiano: jam illud satis constat quod filium Gordianum nomine, Antoni-

ni signo illustravit, cum apud præfectum ærarii more Rom. professus filium publicis actis ejus nomen infereret. sed hæc satis. notiora enim jam sunt doctis quam ut pluribus doceri debeant.

³ Bassiani Caracallæ.] Caracalli, libri. sed Caracallus & Caracalla dicebatur absque differentia.

GRUTERUS.

¹ Atque ita in publicis edidit.] Expressi quod erat in Pal. subintelligitur autem tabulas: quemadmodum supra in Opilio cap. 2. posuit, *privatas curare. pro, res Principis privatas. nonnulla & nos supra, cap. 8. Antonini Pii; & sæpius infra.*

² Diem natalis sui.] Nihil abit ab hac scriptura Pal. sed tamen, quam magis rei attendo, tam magis mihi hæc verborum triga suspecta est, ceu nata à librariis. nam sane filii non profitebantur nomen: & quamvis patres profiterentur, non id tamen præcise fiebat ipso die liberorum suorum natali,

Ddd

i Qui

Diadumeni, qua gloriatur non tam se ad imperium pervenisse, ¹ qui esset secundus imperii, quam quod Antoniniani nominis esset pater factus, ² quo clarius illis temporibus non fuerat vel deorum. ³ Quam epistolam priusquam intexam, libet versus interere in Commodum dictos, qui se Herculem appellaverat, ut intelligant omnes tam clarum fuisse Antoninorum nomen, ut illi nec deorum nomen commode videretur adjungi. Versus in Commodum Antoninum dicti,

*Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat esse bonum:
Expers humani juris & imperii:
Sperans quin etiam clarius esse deum,
Quam si sit princeps nominis egregii.
Non erit iste deus, nec tamen ullus homo.*

Hi versus à Græco nescio quo compositi, à malo poeta in Latinum translati sunt: quos ego idcirco inferendos putavi, ut scirent omnes, Antoninos pluris fuisse quam deos: ⁴ ac trium principum amorem, quo

CASAUBONUS.

¹ Qui esset secundus imperii.] Præfectus nempe prætorio. quam dignitatem potentia parum cedere imperatoris majestati ait ipse Macrinus in oratione ad senatum missa, quam refert Herodianus historia quinta. Eunapius, imperium sine purpura nominat in Proæresio: ἢ ὃ δὲ χρῶς, ait, βασιλεία ἐστὶν ἀπὸρροῦ. Zosimo, δὲ χρῶς δὲ δούτερα μὲν πρὸς σκῆπτρον. Eusebio, ἢ κερωφεύα τὸ δὲ χρῶς. libro III.

² Quo clarius illis temporibus non fuerat vel deorum.] Fuerat pro erat. imo ita scribendum videtur: aliter tamen libri. notamus alio loco, fuisse, dixisset, scripsisset, frequentasse id sciculum, pro esset, diceret, scriberet.

⁴ Commodus Herculeum nomen habere cupit.]

Κληθῆναι γὰρ Κόμωδον Ἡ-
ρακλῆος.
Οὐδ' Ἀ. Ἰωνῶν τέρψιν ἔχοντο οὐρανόν.
Μήτε βροτῶν εἶδος τιμίαν, μή
ἀνείκων.
Μάλλον δ' αἰρεῖται κλέσιν ἔχον
ἡμίκην.
Ἡ' κρατερός τε κλέος παμύστα-
λός τε ἀγαθός.
Ἐ' σὺ δ' ἐδύστεον γ', εἴ ποτε, εὖ
αἶνῃ.

SALMASIUS.

³ Quam epistolam priusquam intexam.] Pal. priusquam intexam. lege, priusquam intexam.

⁵ Ac trium principum amore quo sapientia, bonitas, pietas consecrata sit.] Vitiolosa lectio, cujus hic est vitiolus scelus;

quo sapientia, bonitas, pietas, consecrata sit: in Antonio pietas, in Vero bonitas, in Marco sapientia. Redeo nunc ad epistolam Opilii Macrini. *Opilius Macrinus Nonie Celsæ conjugii: Quid boni adepti sumus, mea uxor, caret estimatione, & fortassis de imperio me putes dicere. Non magnum istud quod etiam indignis fortuna concessit. Antonini pater factus sum. Antonini mater es facta. O nos beatos, ô fortunatam domum, præclaram laudem nunc demum felicitis imperii. Dii faxint & bona Juno quam colis, ut & ille Antonini meritum effingat: & ego qui sum pater Antonini, dignus omnibus videar.* Hæc 8 epistola indicat, quantum gloriæ adeptus sibi videretur quod vocatus est filius Antoninus. Hic tamen ⁴XIV. mense imperii ⁵ob incivilem patris atque asperum

sensus; per amorem illorum principum sapientiam, bonitatem, pietatem consecratam esse. quod quid velit non satis intelligo. nam potius videtur tres illos principes propter sapientiam, bonitatem, pietatem fuisse consecratos. scripti codices hoc tantum nos adjuvant quod litteram addunt. legunt enim quos pro quo. nec alia opus est ope. scribe igitur: quos ego idcirco inserendos putavi ut scirent omnes, Antoninos pluri fuisse quam deos ob trium principum amorem, quos sapientia, bonitas, pietas consecrata sit. consecrata sit, pro consecraverit. pluri igitur habitos illo seculo Antoninos quam deos ipsos refert, trium illorum principum amore, quos sapientia, bonitas & pietas consecravit. Antoninus enim Pius propter pietatem consecratus, Marcus propter sapientiam, propter vero bonitatem Verus. consecratus est pro consecravit. sic pulsus est pro pepulit apud nostros auctores. Dig. de interdictis: hæc actio non tantum eum tenet qui prohibuit quem venire in possessionem, sed etiam qui ex possessione pulsus est, cum venisset in possessionem. sic palpatus est pro palpavit. D. ad leg. Aquil. cum equum permulsi, ut & palpa-

tus esset, eum calee percussit. plura ejusdem exempli nos olim pueri admodum ad Florum congestimus, quæ inde petat qui volet.

GRUTERUS.

1 Quos sapientia, bonitas, pietas, consecrata sit.] Pal. quos, cui voci & suus foret locus, si consecrata accipi possit active.

CASAUBONUS.

2 Dii faxint & bona Juno.] Lege Servium in illum versum, Adsi lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno.

3 Et ego qui sum pater Antonini, dignus videar.] Legebam, & ego, qui sum pater, patre Antonini dig. vid. sed malo, & ego, qui sum pater Ant. d. v. Trajecta sunt verba: pro, & ego dignus videar, qui sum pater Ant.

4 XIV. mense imperii.] Recte: imperarunt enim annum unum, menses duos, demtis (alii dicunt additis, nescio quò auctore,) diebus tribus.

5 Ob incivilem atque asperum principatum.] Aurelius Victor, Horum nihil præter sæves atque inciviles animos interrim reperio.

rum principatum ¹ interfectus est cum patre, non suo nomine. Quamvis etiam istum ultra ætatem sævisse in plerosque reperiam, ut docent literæ ab hoc eodem ad patrem missæ. Nam quum quidam defectionis suspicionem incurrissent, & eos Macrinus sævisime punisset, filio forte absente, atque hic audisset auctores quidem defectionis occisos, ² quorum tamen unus, dux Armeniæ erat, & item ³ legatos Asiæ atque Arabiæ ob antiquam familiaritatem dimissos, his literis convenisse patrem dicitur, ⁴ paribus missis etiam ad matrem: quarum exemplum historiæ causa inferendum putavi. *Patri Augusto filius Augustus. Non satis mi pater videris in amore nostro tenuisse tuos mores, qui tyrannidis affectata conscios reservasti, sperans eos vel amiciores tibi futuros si iis parceres, vel ob antiquam familiaritatem dimittendos: quod nec debuit fieri, nec potuit. Nam primum omnium jam te exulcerati suspicionibus amare non possunt.*

GRUTERUS.

⁵ Ob incivilem patris atque asperum principatum interfectus est cum patre, non suo nomine.] Nimirum semper patrem sequitur (sua proles; & tam abripiuntur parentum adversis filii, quam eorum ga

possunt. denique crudeliores inimici sunt, qui obliti veteris familiaritatis se inimicissimis tuis junxerunt. Adde quod exercitus adhuc habent.

Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Alcanium surgentem, & spes heredis Iuli
Respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus
Debetur.

Ferendi sunt isti, si vis esse securus. Nam vitio generis humani alii non sunt defuturi quum isti servantur. Hanc epistolam quidam ipsius, quidam magistri ejus Caeliani ferunt, Afri quondam rhetoris, ex qua apparet, quam asper futurus juvenis, si vixisset. Extat alia epistola ad matrem ab eodem destinata talis: Dominus noster & Augustus nec te amat, nec ipsum se, qui inimicos suos servat. Age igitur ut Arabianus, & Thuscus, & Gellius, ad palum deligentur: ne, si occasio fuerit, non pratermittant. Et, quantum Lollius Urbicus in historia sui temporis dicit, istae literae per notarium proditae, illi puero multum apud milites obfuisse dicuntur. Nam, quum patrem occidissent, quidam hunc servare voluerunt: sed extitit cubicularius qui has epistolas concioni militum legit. Interfectis igitur ambobus, & capitibus pilo circumlatis, in Marcum Aurelium Antoninum, charitate nominis, inclina-
navit

CASAUBONUS.

1 Magistri ejus Caeliani.] Et regius liber & quantum est veterum membranarum magistrum hunc Diadumeni Caelianum nominant: non, ut disputat vir eruditissimus, Cæcilium. Quare esse hunc illum rhetorem qui apud Minutium Felicem gentium errores propugnat, per antiquos libros assentiri illi non possumus. sed nec rationes aliae desunt, quae eam sententiam reddant minus probabilem.

GRUTERUS.

2 Ut Arabianus & Tuscus & Gellius, ad palum deligentur.] Sic Palatinus, interfecta copula priore, quae perperam abest retro vulgatis.

3 Ne si occasio fuerit, nos interimant.] Mirius paullo Palatinus, non pratermittant.

SALMASIUS.

3 Ne si occasio fuerit, nos interimant.] Ne si occasio fuerit non pratermittant. ita libri omnes.

navit exercitus. ¹ Is filius Bassiani Caracallæ ferebatur. Erat autem templi Heliogabali sacerdos, homo omnium impurissimus, & qui fato quodam Romanum deformaverit imperium. ³ De quo quidem, quia multa sunt dicenda, loco suo differam.

¹ Is filius fuit Bassiani Caracallæ.]

Caracalli.

heic & supra semper Caracalli.

³ De quo quidem quia multa sunt dicenda, loco suo differam.] Vox dicenda non agnoscitur à Palatino, neque admodum requiritur.

GRUTERUS.

² Bassiani Caracallæ.] Palatinus &

¹ Æ L I I L A M P R I D I I
² ANTONINUS HELIOGABALUS,
A D
DIOCLETIANUM AUG.

¹ ³ VITAM HELIOGABALI ANTONINI impurissimam, qui Varius etiam dictus est, nunquam

SALMASIUS.

¹ Æ L I I L A M P R I D I I.] Non Lampridio sed Spartiano ascribunt hanc vitam vetustissima Spartiani excerpta.

GRUTERUS.

³ VITAM HELIOGABALI ANTONINI, qui Varius etiam dictus est.] Est quidem interjecta vox in vulgatis, impurissimam; sed ea non comparet in membranis Palatinis: neque adeo desideratur. toties enim de eo supra loquutus fuit, ut supervacuum fuerit heic id iterum inculcare.

CASAUBONUS.

² ANTONINUS HELIOGABALUS.] Syrus homo de Syriaci idoli nomine ita dictus. ei deo fictitio nomen אלה גבאל *Alah Gabal*. quasi dicas *Deus montis*. אלה Syris, ut & Arabibus الله generale dei vocabulum est. ideo dubitatum à Capitolino & Lampridio de hoc Syrorum idolo,

Solne esset an Jupiter. sed tollant omnem dubitationem lapides, in quibus conjunctim *Sox*, *ALAGABALVS* nominatur. extant & nummi quorum hæc inscriptio: SACERD. SOLIS. DEI. ELAGAB. præterea Dio & Herodianus Η'λιος sine dubitatione ulla interpretantur. Fleraque gentes Orientis præcipuo cultu Solem veneratas esse, cum alia multa testantur, tum etiam ex hoc nomine potest colligi: ut enim Athenienses θεὸν ἥλιον simpliciter cum dicerent, Minervam intelligebant; sic isti Solem communi nomine אלה *Deum* dixerunt. nam quod videntur Dio & Herodianus existimasse, lingua Syrorum vel Phœnicum hæc appellatione communiter solem dici, hoc nisi commode accipiat, seimus esse falsum: aliter enim Hebraei, Syri, & Arabes solem nominant. hoc tantum est verum, locum fuisse quendam in Syria ubi sub eo nomine deus Sol coleretur. Porro in monte positum fuisse istud